





13

25

1788,1

FACULTATIS IVRIDICAE
DECANVS

FRANCISCVS MAVRITIVS
BACHMANN, IC^{TVS},

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVN-
TINI CONSILIARIVS REGIMINIS ACTVALIS, PRAEDICTAE FA-
CVLT. ADSESSOR, IVRIS PVBLICI TAM ECCLESIASTICI, QVAM
POLITICI PROFESSOR PVBL. ORDIN.

7122

SOLEMNIA INAVGVRALIA

ADMODVM REVERENDI, AC DOCTISSIMI IVRIS VTRIVSQVE
DOCTORANDI

DN. FRANC. GODEFRIDI WURSCHMITT

EICHSFELDIACO-HEILIGENSTADIANI,
PAROCHI IN LOERZWEIL, INSIGNIS ECCLESIAE COLLEGIATAE AD
SS. VICTOREM ET MAVRITIVM MOGVNTIAE CANONICE

DIE XVI. AVGVSTI MDCCLXXXVIII.

LOC. CONS.

PERAGENDA INDICIT,


SIMVLQVE

DE IVDICE CAVSARVM FISCALIVM NONNVLLA

PRÆMITTIT,

ERFORDIAE

LITERIS HENR. RVD. NONNII, AC. A. TYF.



FACULTATIS IURIDICAE

DECANUS

FRANCOIS MARTELINUS

DECANUS

ANNO DOMINI 1711

KLASSE

NUMERO

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...





DE IVDICE CAESARVM FISCALIVM.

§. I.

Sunt, qui Reges ac Principes omnibus legibus civilibus solutos statuunt, inde inferentes, nullam esse imperantium obligationem, ut, quas cum civibus ac subditis suis saepe controversas tenent, causas, merum licet interesse privatum Fiscus sui tangentes, disceptationi juris, aut alterius, quam proprio suo iudicio, arbitrioque Legum vinculo immuni submittant. (a) Præterquam, quod maximis, gravissimisque dubiis obnoxia sit hæc doctrina, (b) dignaque semper vox majestatis regnantis, legibus

(a) vid. observationes Hallenses Tom. 3. obs. 16. §. 1. 2. Hochfeld de Principe Legibus libero §. 9. 10.

(b) ita enim acutissimus & doctissimus Noodtius in orat. de Jure summi
a 2 Impe-

gibus alligatum sese Principem profiteri, (bb) sic illa quoque extra Respublicas & regna independentia, quin & in ipsis independentibus regnis vix erit applicanda; solent quippe magni animi, optimique Principes ditionum etiam independentium Domini non vi, non imperio, non de facto in dilectos sibi subditos, civiumque possessiones, sed Lege ac iudicio agere, iustitiam præprimis, magnum illud diadema Principis ob oculos habere, hujus amore ducti ferre, & mandare, ut causæ Fisci sui æquam aliis lance discutiantur, definianturque.

§. II.

Digna sunt, quæ loco huic inserantur, verba Philippi II. quondam Hispanorum Regis ad relationem Senatoris cujuspiam in causa, cujus objectum interesset camerale erat: *Doctor*, agebat,
sem-

Imperii & Lege regia differit: *Feruntur*, inquit, *civiles Leges ad communis commodum civitatis, nec aliter possunt ferri; neque aliud vult jus civile, quam quod quisque populus suæ conducere civitati arbitrat, atque hujus commodi moderator & rector est Princeps. Nonne igitur cui credita est publica tutela utilitatis, ipse civilibus teneatur Legibus, quas reipublicæ utiles esse intelligit? atqui est Princeps, licet addas, suorum caput, aut si majoris mens civium, sed non ideo desinit esse pars civilis corporis. Quidni igitur terminentur ejus actiones civitatis utilitate, qua omnium actiones civium finiuntur?* add. Ziegler de Jurib. majest. L. 1. C. 1. §. 31.

(bb) L. 4. C. de Leg.

semper in cura habe, & renuncia Senatui: in dubio contra me
pronunciandum esse. (c) De Regibus Gallie Bodinus (d) ita
scribit: "Quodsi Princeps privati cujusdam debitor sit, judicium
"accipit, condemnatur sapissime, damnatus judicatum solvit;
"sed ut exteri aequae ac cives, posteritasque ipsa intelligat, qua in-
"tegritate nostri Reges fuerint, quaque moderatione animi erga
"subditos sese gesserint, exemplo sit illud, quod ex hortis deliciarum
"Princeps ipse Curioni decimam exsolvere damnatus sit iudicio
"Curiae Parisiorum anno MCCLXVI. Cum vero Rex alius ne-
"gligentia procuratoris vadimonium deseruisset, petit ordinario
"diplomase, ut in integrum restitueretur: Curia Parisiorum Re-
"gem de rogatione proposita depulit anno MCCCCXIX, non
"tanta iudiciorum acerbitate cum privatis agitur, qui fere sem-
"per ex illa causa in integrum restituuntur. Hac igitur animi
"magnitudine Magistratus erga Reges nostros sese gesserunt.
"Hac item moderatione Reges iustitiam coluerunt, ut major pri-
"vatorum, quam Principis, & reipublicae, quam privatorum ra-
"tio in causis disceptandis haberetur." Extat etiam in actis Cu-
"riae Parisiorum sententia adversus Carolum VII. Regem lata, qua
"damnatur sylvam urbi proximam, in Parisiorum usum cedere,

a 3

pretio

(c) vid. Larrea allegat. fiscal. proem. n. 9. ipsum quoque jus romanum
innuit, in dubiis quaestionibus contra Fiscum esse respondendum. L.
10. ff. de Jur. Fisc. bonosque Principes privatis potius quam Fisco fa-
vere. L. 2. C. Theodos. de advoc. Fisc. conf. de Lyncker Vol. I.
resp. 33. n. 12.

(d) in Lib. 1. de Republica Cap. 8. §. 104. p. 163. 164.

pretio constituto, quam quidem ad rem vix unquam privati adigerentur. (e)

§. III.

In jure Romano veteri cognitio de causis fiscalibus ad Magistratum ordinarium spectabat; sub Imperatore Claudio concurrens data est jurisdictio Procuratori Cæsaris, cui demum illa privative, excluso nempe magistratu ordinario delata est ab Imperatore Constantino M. in L. 5. C. *ubi cause fiscales*. (f)

§. IV.

Ad Germaniæ, quod atinet, regnum, Lites, quas Imperatores quondam, ac Reges germanici cum ipsis Imperii Ordinibus habebant, vel ad Comitia, (g) vel pro re nata etiam ad iudicium

(e) Conf. Pfeffinger Vitriar. illustr. Lib. 3. tit. 12. §. 16. lit. a. c. p. 838. 889. 890. Stryck de foro Principum & privatorum communi C. 1.

(f) Noodt ad ff. tit. de officio procuratoris Cæsaris. Bynckershoek observ. Lib. 2. Cap. 20. 21. Lauterbach. de jure Fisci C. 4. §. 1. Leyser de odio advocatorum fisci merito atque immerito §. 3. Gasser ad Cod. Lib. 3. Tit. 26. §. 3.

(g) in annalibus Francorum Fuldensibus ad annum 852. legitur: habito generali conventu Rex Ludovicus tam causas populi ad se perlatas absolvit examine, quam ad se pertinentes possessiones juridicorum gentis decreto recepit. conf. Pfeffinger Vitriar. illustr. Lib. 1. Tit. 2. p. 170. Boehmer de Majestate Imperii Magistratuum majorum C. 2. §. 2. lit. e. p. 10.

7
cium Comitis palatini (h) deferebantur discutiendæ, definiendæque; dum e contra Principum Imperii, ac immediatorum Lites, cum subditis mediatis Imperatorum Regumque iudicio relinquerentur, donec re judiciaria Imperii per Pacem publicam, & Tribunalium Supremorum erectionem in meliorem formam redacta loco primæ instantiæ forum austregarum secundum octo vias (i) pro dijudicandis causis Principum introductum fuerit, stabilis tumque.

§. V.

Ob multiplices, quæ instantiam austregalem comitantur, difficultates demum accidit, ut in omnibus fere provinciis per Germaniam hodie, omisso iudicio austregarum causæ Filci vel Principum privata (k) cum subditis controversæ, sive actor, sive reus sit

(h) vid. Schwabenspiegel C. 30. n. 4. Jus feudale allemannicum C. 42. §. 8. Aurea Bulla Tit. 5. §. 3. Struv. S. I. P. Cap. 24. §. 3. Pfeffinger d. I. Lib. 3. Tit. 12. §. 17. Lit. b. p. 892.

(i) octo istas austregarum vias vide in C. O. C. Part. 2. tit. 4. in corp. jur. publ. p. 516, 519. conf. quoque Fridericus Mindanus de Processibus Lib. 1. C. 17. num. 9. Mynfinger Cent. 4. obs. 1. n. 2. Stryck de processu austregarum C. 1. n. 13. de Foro austregarum n. 25. & de via facti Principibus permiffa C. 2. §. 1.

(k) vid. Senkendorf im teuttichen Fürstenthum P. 2. C. 7. §. 19. Lyncker de gravamine extrajudiciali C. 5. §. 21. Stryck de foro austregarum n. 25. Es ist jedoch alhier nur die Rede von denen Fällen,

fit Fiscus, coram propriis suis dicasteriis provincialibus, plerumque tamen supremis, aut regiminibus tractentur. Neque etiam in eo habent subditi, cur conquérantur, quod a Principe suo coram propriis Consiliariis & Officialibus ejusdem, tanquam judice prima instantia conveniantur; constat enim, 1.) quod Principum dicasteriis, aut tribunalibus vix plus, quam sola directio processus Fiscam inter & subditos vertentis relinquatur, sententiae ipsae fere semper ab exteris Iuris ferantur. (1) 2.) Solent quoque Princeps ultra id, quod ipsa jamjam muneris ratio in Consilia-

ten, da ein Landesherr als privatus, nicht aber als Landesherr, betrachtet wird, und ihn die Unterthanen ex jure privato in re vel ad rem besprechen, v. g. wenn wider denselben aus einem Contracte Forderungen gemacht werden, oder zu dessen Nachtheil sich einer solcher Befugnisse anmasset, deren privati fähig sind, als nemlich der jurisdiction, Jagden, Holzung, Huth und Weyde etc. Dasein ihn aber jemand die Territorial-Hoheit, oder eine particulam derselben, als z. B. die potestatem legislativam, das jus Belli, collectandi &c. disputirte, und dergleichen Gerechtsame einschranken, oder independenter behaupten wolle, so steht freylich die Entscheidung der Sache keineswegs den ordentlichen dicasteriis, sondern in erster Instanz denen Magistraten, oder nach Beschaffenheit der Umstände und Qualität der Beklagten den höchsten Reichsgerichten zu. Strubens gründlicher Unterricht von Regierungs- und Jurisfischen Sect. 3. §. 12. p. 75. 199.

(1) Gasser in Comm. ad Cod. Justin. Lib. 3. Tit. 36. §. 8. Dahm in Diss. de justo & injusto regalium usu C. 5. §. 3. n. 1.

9
siliariis & Officialibus æqualem justitiæ administrationem non
attenta personarum qualitate exigat, sedulo hoc inculcare Con-
siliariis, ut videre est ex iis, quæ aureæ nonnullorum Principum
Sanctiones, (m) testatum faciunt, non minus etiam Consiliarios,
quo-

(m) Exempli loco sit: Die von Ihre Königl. Majestät in Preussen
anno 1713. publicirte allgemeine Verordnung, die Verbesserung
des Justizwesens betreffend. in verbis. Verordnen Wir wohlbe-
dächtlich, daß in allen Dingen und rechtlichen Handlungen zwischen
unserm Fisco an einer, und zwischen unsern Vasallen und Untere-
thanen an der andern Seite, es sey der Fiskus selbst actor, oder ac-
cusator, oder zur Assistentz denen Denuncianten zugegeben, insonde-
heit, wenn unser Interesse auf einerley Weise dabey waltet, unsere
Judicia und Commissiones sich an dasselbe nicht binden, sondern ter-
diglich die Justiz als auf welche sie geschworen und beedigt sind,
zum Augenmerk haben sollen, ohne an dawider laufende Verord-
nungen, als welche allezeit vor ersächlichen, und mit dieser unsrer
ernstlichen Willensmeinung, streitend zu halten, im mindesten sich
zu lehnen, und ohne sich dadurch von den Wegen der Gerechtigkeit
ablenken zu lassen, moßen ihnen solche Verordnung so wenig, als
unser vorgeschütztes Interesse zu keiner Entschuldigung in diesem
und jenem Leben dienen mag, und werden Wir dergleichen unzu-
länglicher Entschuldigungen ohngeachtet solche ungerechte Michter
mit aller Strenge bestrafen, wann sie nämlich überzeugt werden
können, daß sie mehr auf unser, alsdann an sich selbstiges, und mit
dem Nutzen, der aus rechtsschaffener Administration der Justiz ent-
springt, nicht zu vergleichendes Interesse, als auf die Justiz und
die Unschuld ihr Absehen Gott. pflichtvergeßner und gewissenloser
Weise

quorum iudicio causa submittitur, quoad hanc a iuramenti vinculo absolvunt; (n) 3.) denique & ipse usus satis demonstrat, viros cordatos in eiusmodi causis nihil omnino circa partes muneris sui negligere.

Verum hæc pro temporis instituto attingisse sufficiat, meque ad id, quod præsentis scriptioni occasionem dedit, converto. *Nimirum*

ADMO-

Weise gerichtet. Ja, wir rufen selbst den einzigen Herzenskündiger an, daß er die Thränen der Unschuldigen, welche solche abschließliche Proceduren ausdrücken möchten, allein auf deren Urheber Kopf kommen lasse.

(n) Exemplum præbet ordinat, Electoral, Brunsvic, Lüneburgica data supremo iudicio appellatorio in sequentibus: damit unser Präsident, Vice-Präsident, und Ober: Appellations-Räthe jetzt und künftig desto freyer ohne alle Scheu und Furcht darunter verfahren, so wollen Wir die selben in den Sachen, so uns, und unsere Successores, unsere Cammer, Memier und Jura, oder unsere Officiales, die in unserem Namen agiren, einiger mosen betreffen, oder dabey Wir und unsere Successores selbst, oder sie unsern wegen ein Interesse haben könnten, und möchten, der auf Beförderung und Respielung unseres Besten und Interesse geleisteten Pflichten und Verbindung erlassen haben, dergestalt, daß sie auch bey solchen Sachen, wie überall bey Administration ihres Amtes auf nichts, als Gott, und eine ganz unpartheyische Justiz sehen, und in so weit und dahin aller Pflichten erlassen seyn sollen. Und wollen Wir, daß dieses allemal, wann von denen Präsidenten und Ober: Appellations-Räthen bey Anretung ihres Officii der Eid abgelegt wird, so jederzeit in pleno, geschehen soll, denenelben dabey soll angezeigt werden.

ADMODVM REVERENDVS, ET DOCTISSIMVS IVRIS VTRIVSQVE
DOCTORANDVS

Dn. FRANCISCVS GODEFRIDVS WÜRSCHMITT

EICHSFELDIACO-HEILIGENSTADIANVS,
PÁROCHVS IN LOERZWEIL, INSIGNIS ECCLESIAE COLLEGIATAE
AD SS. VICTOREM ET MAVRITIVM MOGUNTIAE
CANONICVS,

jamjam accinctus est ad conscendam cathedram Ictorum, de
Cujus natalibus, vitæ hæctenus laudabiliter actæ, studiorumque
ratione sequentia, verbis ipsius Dni Candidatj a nobis commemo-
randa sunt:

*Patriam habeo Heiligenstadium in Eichsfeldia; parentes
vero FRANCISCVM ADOLPHVM WÜRSCHMITT,
Eminentissimi ac Celsissimi Archiepiscopi & Principis Ele-
ctoris Moguntini quondam a consiliis aulicis, judiciique pro-
vincialis superioris Adsessorem, & ANNAM ROSALIAM
JACOBI MEYER dictæ quondam civitatis Senatoris fi-
liam, a qua die Xma Decembris anni MDCCCLII, luci datus fui.*

*Primam ætatem meam fidei, morumque præceptis, &
grammatices elementis pater optimus, cujus pios mores, quoad
vixero, religiose colui, subsequenter vero Patres Societatis
Jesu humanioribus, & philosophicis disciplinis in Gymnasio
heiligenstadiano excoluere, fecique profectus, ut pro illorum
temporum consuetudine tertium inter defendentes locum me-
rerer.*

*Petii deinde Moguntiacum, & quoniam vita clericali de-
lectabar inprimis, Professores audii theologicos, dignissimos
b 2 GAERT.*

GAERTLERVM, FRANKIVM, ISENBILIVM, SATOREM, SCHMIDIVM, quorum nomina nulla in me atas delcbit.

Receptus demum in Seminarium archiepiscopale clericorum, quinquennium ibi egi, & ita, licet ab EMERICO JOSEPHO immortalis memoria Principe praebenda canonicali in Heiligenstadt donarer, cum ceteris fui institutus, ut pastoralis officii gravitas postulat, fruitus interdum semper doctrina, & colloquio GAERTLERI, viri pii, probi, constantis, atque in omnis generis doctrina summi, qui ingenium, mores, animumque meum formavit, & puriora theologiae moralis, sacraeque eloquentiae praecepta tradidit, & omne, siquid est, quo gaudere possim, bonum in me contulit, pro quo, quas ego non possum, grates illi Deus ter optimus maximus rependat.

Absoluto theologiae studio converti me ad jurisprudentiam tum politicam, tum sacram magistris usus legum intelligentissimis, clarissimis in alma Mogonorum Universitate Professoribus DÜRRIO, SCHLOEVIO, WILLIO, & REINECKIO, quibus studiis tantum non consummatis in patriam me revocavit postremus patris mei optimi moribus, quem adhuc spirantem videre, amplecti, & quoquo possem, solatio recreare summum me desiderium tenebat. Sed vix dum paternas aedes intraveram, quum tristissimum ad aures meas adlaberetur nuncium, cessasse jam illum fato suo, patrumque suorum tumultu inlatum esse. Prosequutus, quae fas erat, lacrymis piissimi parentis caros cineres, totus in eo eram, ut matris suavissima, quam mihi sospitem diu Deus servet! acerbum luctum, omni, qua ipse carebam, consolatione levarem, binos-

binosque apud ipsam annos degens in parochia S. Aegidii cooperato-
 ris munus subens obivi; attamen Moguntiacum denuo,
 & ad studia, quæ abruperam, reversus, moderato-
 ris officio, per triennium defunctus sum apud filios illustrissimi Domini
 L. Baronis de Hettersdorf E. E. & C. C. P. P. Electorum
 Moguntinensis, & Coloniensis a sanctioribus consiliis, & su-
 premi in Krautheimensi satrapia præfecti Dominos L. L.
 B. B. Franciscum Christophorum electoralem modo camera-
 rium, & Emericum Josephum de Hettersdorf Ecclesiarum
 Metropolitanæ Moguntinæ, Cathedralis Herbipolensis, &
 Equestris ad Stum Burcardum canonicum, quocum jam inde
 a teneris suavi necessitudine conjunctus, morum illius suavi-
 tate, ingenii festivitate, sacra scientias omnes percipiendi ja-
 me, animi integritate, atque in omnes homines benevolentia
 mirifice semper delectatus fui, & illos jam tum in eo animad-
 veriti ingenii, animique igniculos, qui virum vere nobilem,
 germanum, & suo tempore summum pollicerentur.

Quodsi vita integerrime, & laudatissime acta, in qua
 præteriti culpandum est nihil, meritum esset ad longævitatem:
 viveret adhuc dum pater illorum optimus bonorum omnium,
 qui eum probius noverant, & quibus præerat luctui, & desi-
 derio mortuus, cujus beneficio parochiam in Lörzweil, quod
 oppidum est gentis Hettersdorficæ, obrinui, eique in annum jam
 decimum præfectus. Si quid esse apud mortales perfectum
 posset, vitam omnino beatam agerem inter bonam illam ple-
 bem, quæ cum me impense amat, tum ex ore, nutuque meo
 pendere lucusque solita fuit.

Sed frequens sanguinis vomitus, repetita calidæ febres,
 arthritis vaga, triumque horarum ab urbe, & medico distantia,
 &

Et accedens his omnibus a medico mandatum, ab omni ut interdum pastorali labore abstinere, ne impari in posterum me huic muneri redderem, excitarunt in me desiderium consequendi beneficii simplicis, ut medico, & medicina propior ex attrita diu valetudine penitus convalescerem.

Accidit sub idem tempus, ut D. L. B. de Scheben eques-
tris Ecclesie in Wimphen Canonicus beneficia sua ad S. S.
Victorem, & Mauritium Moguntiaci in manus Clementissimas
Rmi Archiepiscopi nostri, & Electoris dimitteret, qui-
bus me supplicem sibi Princeps optumus pro singulari, qua ad
omnium hominum necessitates descendit, gratia, & munificen-
tia est impertitus.

Hac itaque clementissima donatione ad Stos Victorem, &
Mauritium Moguntiaci Canonicus factus, quum biennium
agere intra urbem secundum statutum capitulare studiorum
causa debeam, aut, quae est clementissima de anno 1782. con-
stitutio, Doctoris gradum consequi, antequam ad possessionem
capitularem admittar: exposui simul rationem, quae me in
Germaniam hanc celeberrimam invitavit, ab illustri Ordine Ve-
stro supremos in utroque jure honores capebiturum, cui pro-
posito, pro consueta Vestra Viri consultiissimi & doctissimi be-
nevolentia, ut faveatis, etiam atque etiam rogo.

Cum igitur noster hucusque optime res suas egerit, studia-
rum fiducia fretus nostram perantiquam accessit Hieranam, ac de-
siderium suum summorum in utroque jure adipiscendorum ho-
norum Ordini nostro literis eum in finem exaratis aperuit, seque
ad subeunda consueta specimina obtulit, ad quae admissus, non
modo

modo textus ex utroque jure præscriptos elegantissime, solidissimeque exposuit, sed & ad quæstiones in examine rigoroso propositas ea promptitudine respondit, ut omnium calculo dignissimus haberetur summis jurium honoribus. Cum vero ad finem suum consequendum publica adhuc restent specimina, illa futuro die Sabathi, (erit dies XVI. Augusti) hora IX. matutina expedit, ac primo ad Cap. 40. X. de Elect. Electique pot. commentabitur, qua commentatione finita Dissertationem suam inauguralem

DE

**SUCCESSIONE MONIALIS IN HEREDITATEM PATER-
NAM MONASTERIO SUPPRESSO**

una cum Corollaris ex universo jure absque Præside contra dissentientium objectiones tuebitur, cui actui solenni, ut reverendissimus, & perillustri D. Academiae Procancellarius, magnificus Universtitatis Rector, perillustres Barones, Universtitatis Proceres, Civesque benevole interesse velint, ea, qua decet, submissione, ac observantia rogantur, invitanturque. Publicatum sub sigillo Facultatis juridicæ die X. Augusti MDCCLXXXVIII.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


EXTRACTS FROM THE HISTORY OF THE
UNIVERSITY OF HALLE
AND THE
FACULTY OF THEOLOGY
IN THE
SEVENTEENTH CENTURY
BY
J. H. W. L. ...



Erfurt, Diss., 1783-1801 I

X 2386945





25

1788,1

13

FACULTATIS IURIDICAE
DECANVS

FRANCISCVS MAVRITIVS
BACHMANN, IC^{TVS},

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVN-
TINI CONSILIARIVS REGIMINIS ACTVALIS, PRAEDICTAE FA-
CVLT. ADSESSOR, IVRIS PVBLICI TAM ECCLESIASTICI, QVAM
POLITICI PROFESSOR PVBL. ORDIN.

SOLEMNIA INAVGVRALIA

ADMODVM REVERENDI, AC DOCTISSIMI IVRIS VTRIVSQVE
DOCTORANDI

DN. FRANC. GODEFRIDI WURSCHMITT

EICHSFELDIACO-HEILIGENSTADIANI,
PAROCHI IN LOERZWEIL, INSIGNIS ECCLESIAE COLLEGIATAE AD
SS. VICTOREM ET MAVRITIVM MOGVNTIAE CANONICE

DIE XVI. AVGVSTI MDCCLXXXVIII.

LOC. CONS.

PERAGENDA INDICIT,

SIMVLQVE

DE IVDICE CAVSARVM FISCALIVM NONNVLLA
PRAEMITTIT.

ERFORDIAE

LITERIS HENR. RYD. NONNII, AC. A. TYP.

KOENIGLICHES
UNIVERSITÄTS-
ZOOLOGISCHES
MUSEUM